Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



gestatis credendū. ad orandūq;
firmasset. arrius cū suis com
plicibus exilio destinati sunt. et
scandolorum iurgia in ecclia in
tim conquierunt. Post hec dya
bolus iterum fremens sopitas fu
roris flāmas in peius accen
dit. et per constantiū constan
tini filiū. rediuiua bella cō
mouit. Qua tempestate mul
ti testes xpi exilio relegati.
multi sunt martirio coronati. Ad hec
perfidie incendiū restringen
dū. cū plures probatissimi pa
tres per longa tempora ualidis
sime decertauerunt. et ad hoc
mortiferum dogma dāpnan
dū multa prīm concilia ce
lebrata sunt. tamen ad exercita
tionē fideliū. sicut philisteū
ad probationē israel funditus
illud deus extirpare noluit. sed
uel tritura et abiectio palee.
ad tritici pertinet purgatio
nem. ita hoc semper pullula
re permisit ad fideliū proba
tionē. Oportet inquit apostolus
hereses esse. ut probati manife
sti fiant. Hoc itaque pestifer
dogmatis venenū a predicto
iniquitatis fonte arrio usque
ad predictorum principū ar
chadii inquam et honorii tem
pora scatens etiam uasa mor
tis in quibus transfunderetur
inuenit. et macedoniā af
fricamque immo totam pene
ecclesiam grauiter concussit.

His sane diebus plu
ribus magnificis
notarum frontium uiris et mi
rificis publicorum nominum
sacerdotibus. licet pressuris
decocta mater florebat ecclesia
qui celestem eius fabricam uel
columpne solidissime sustē
tando portarent. et contra
heretice impietatis iacula scu
to fidei et gladio spiritus defen
sando protegerent. Horum
communi decreto ad confutā
das hereses karthagini que
est metropolis affrice sanctum ce
lebratur concilium. ducentorum
decem et septem patrum.
cui presedit sancte recordationis